

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Sacerdos ak cum fonte primo

Qui ordinant indignos eisdem subiacent
penis quibus illi qui indigni sunt
ordinati, et si dicant se eorum uicia
ignorasse;

unde Apostolus ad Thymotheum:

Manus cito nemini imposueris
ne communicaueris peccatis alienis,

immo ex hoc grauius crimen
efficitur, quoniam ascuerunt
uel promouerunt
eum quem ignorabant atque id quod
putabatur esse excusatio, fiet accusatio.

Crisostomus ibidem (de dignitate
sacerdotali libro III.).

Quoniam
qui ordinant indignos, eisdem subiacent
penis, quibus illi ipsi qui indigni sunt
ordinati, etiam si dicant se eorum uicia
ignorasse.

Verum ut credas non me in his esse
nimium, sed ita dicere ut habet se causa
ueritatis, audi quid discipulo suo
praecipiat

beatus Paulus, Timotheo inquam
charissimo filio:

Manus cito nemini imposueris
neque communicaueris peccatis alienis.

Vides quanta non solum uituperatione,
sed etiam condemnatione, quantum ad
nos spectat, liberauimus eos qui ad hunc
nos ordinem pertrahebant. Sicut enim his
qui assumuntur, cum deliquerint, auxilio
esse non potest, si se dicant non
uoluntate, sed necessitate in illud
ministerium fuisse compulsos:

ita neque ordinantibus adiumento esse
poterit, si nesciant uitam eius,
cui illum credunt honorem,
immo ex hoc grauius crimen
efficitur: quoniam ascuerunt

eum quem ignorabant, atque id quod
putabatur esse excusatio, fiet accusatio.

Iohannes Chrysostomus, *Libri VI.
dialogorum de dignitate sacerdotali*, 4.1
(Basel, 1522, tome 5, pp.140-1).